

CONSELLO DA CULTURA GALEGA  
GALLAECIAE MONUMENTA HISTORICA

639

1154/12/02.

*O conde don Fernando Pérez de Traba e a súa muller, dona Sancha González, dóanlle ó mosteiro de Toxos Outos as súas herdades en Xilvir, Ponte e Barro, en Sta. Cristina de Barro, parte das igrexas de S. Pedro de Tállara e S. Mamede e outras herdades en S. Xoán de Lousame e nas terras de Nemancos e da Maía.*

B.- Tombo, f. 165rv.

Transcr.- SALVADO MARTÍNEZ, B.- "Tumbo de Toxosoutos...", doc. n.º 14, pp. 187-188.

**Carta del conde don Fernando et de comite domno Petro et filiis domne Vrrace de hereditate de Geluir et de Ponte et de Barro dicta Leston et de VIII<sup>a</sup> de ecclesia de Taliar et porcionem de ecclesia Sancti Mametis. Item hereditate in villa Muimenta. Item hereditate que fuit de conde in Lausame et in villa Curuido et in Villa Franca cum sua voce. Item in terra de Nemancos I casalem. Item in Amaia Pausada que fuit de Arias Guntadici.**

Ea que donantur, et cetera. Quod circa ego comes domnus Fernandus, comitis domni Petri et domne Vrrace filius, simul cum uxore mea comitissa domna Sancia Gundisaluiz et cum filiis et filiabus nostris et cum omni uoce nostra grata uoluntate, et cetera, facimus cartam testamenti et donacionis Deo Patri omnipotentis et beate Marie semper uirginis et monasterio Sancti Iusti de Togis Altis et uobis patri et abbati domno Pelagio et omnibus monachis, et cetera, de nostris hereditatibus quas in iuri nostro usque hodie pacifico possidemus. Scilicet in territorio Pistomarchos sub aula Sancte Christine de Nogia, in primis hereditatem de villa Geluir quam ganauit de Cresconio Petriz, presbitero, integram, et quarta integra de villa Ponte de Jusana quam ganauit Froyla Marinus, et totam hereditatem de Barrio dicta Leston quam ganauit de Petro Arias et de sua uxore Marina Petri ubi sedet Ueremudus, seruicialis. Et de ecclesia Sancti Petri de Taliar mediam VIII<sup>am</sup> integram cum hereditatibus et p<r>estacionibus suis omnibus que est diuisa de illa III<sup>a</sup> de Oduario Martini qui eam ganauit cum ipsa Ardio Affonso, uxore sua. Similiter in ipsa ecclesia de Talar damus uobis totam nostram directuram tam de auolencia quam etiam de ganancia uel quam etiam habemus in placia certa per ubicumque eas inuenire potueritis tam infra terminos quam extra cum tota sua uoce. Et similiter totam nostram porcionem de ecclesia Sancti Mametis cum omnibus suis directuris. Damus etiam uobis totam hereditatem de Guyna Aras in villa Monimenta cum sua populacione. Item similiter totam hereditatem que fuit de Cide in villa Lausame et in villa Curuido ubi dicunt Berufi III<sup>a</sup> et III<sup>a</sup> et VI<sup>a</sup> de tota ipsa Villa Franca cum tota sua uoce intus et foris cum III<sup>a</sup> integra de Margido, et est tres quartas integras de medietate de Prado. Item in territorio de Nemancos damus uobis vnum kasalem bene populatum quale uiderit uxor mea et Alfonsus Anayaz et abbas Petrus Antealtarium uobis congruentem. Item in territorio Ameia damus uobis illam hereditatem quam ganauimus de Arias Guntadiz in villa Pausada sub aula Sancti Thome de Oliames. Has omnes hereditates uobis damus et confirmamus cum totis bonis suis, et cetera. // Set si aliquis homo de nostra parte uel de extranea contra hoc uenerit sit maledictus et insuper duos mille solidos pariat; donacionibus istis in suo robore permanentibus.

Facta carta testamenti in era I<sup>a</sup> C<sup>a</sup> LXL<sup>a</sup> II<sup>a</sup>, die IIII<sup>o</sup> nonas decenbris.

Ego comes, et cetera.

Q. p. f.: Petrus, ts. Johannes, ts. Pelagius, ts. Munio, ts. Martinus, ts. Alfonsus Anaiaz, conf. Gundisaluus Afonso, conf. Fernandus Suariz, conf. Froyla Fernandiz, conf. Petrus Arias de Saltu, conf. Magister Tudinus, conf. Martin Brandonias, conf. Sanio Saluatoris, conf. Johannes Abbas, canonicus, conf. Petrus, Antaltaria abbas, conf. Petrus, prior sarensis, conf.

Johannes, presbiter, qui notuit et conf.

Pelagius, Dei gratia compostellanus archiepiscopus.